

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1248

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

319. *Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden, daß vor ihnen Walther von Matzenheim auf jeden Rechtsanspruch an Gütern zu Osthausen, die sein Bruder Ebelin dem Straßburger St. Nicolauskloster gegeben, Verzicht geleistet habe. 1248 Januar 20 Straßburg vor der St. Andreaskapelle im Münster.*

Johannes Vitulus magister burgensium et consules Argentinenses notum facimus 5
omnibus presens scriptum inspecturis, Waltherum de Matzenheim coram nobis omni
juri et impetitioni penitus abrenuntiassse, quam in bonis in villa Osthus sitis habere
credebat, que frater suus Ebelinus contulit monasterio sancti Nicolai in Argentina.
in cujus rei memoriam presens exinde pagina est conscripta et sigillo civitatis in
testimonium communita. acta sunt publice ante capellam sancti Andree in mona- 10
sterio majori, anno incarnationis domini 1248, festo Fabiani et Sebastiani, presentibus
hiis testibus: videlicet domino Scholino de Ennheim, Heinrico theloneario ultra
Bruseam, Rudolfo filio Lentzelini, Friderico Knebelino, Heinrico filio Heinrici Marsilii,
Johanne archipresbitero de Wulvensheim et aliis quam pluribus.

S aus Straßb. St. A. lad. s. Nicolai in undis OPQ or. mb. c. sig. pend. laeso.

15

320. *Bischof Heinrich von Straßburg spricht auf Grund eines päpstlichen Mandats die Bürger Straßburgs, die den mit den Anhängern Kaiser Friedrichs II geschlossenen Waffenstillstand gebrochen haben, von dem Verbrechen des Meineids frei. 1248 Februar 9 Straßburg.*

Heinricus dei grācia Argentinensis episcopus dilectis suis civibus Argentinensibus 20
universis salutem in omnium salvatore. literas domini pape recepimus in
hec verba: [folgt nr. 309 bis kalendas februarii]. hujus igitur auctoritate mandati
vos a reatu perjurii, quod incurristis ex eo, quod treugas initas cum fautoribus
F[riderici] quondam imperatoris et juramento confirmatas violastis, absolvimus et
absolutos publice pronunciamus. datum Argentine 5 idus februarii, anno domini 25
1248.

S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3^a or. mb. c. sig. pend. laeso.

Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 22^a ibid. bei Huillard-Bréholles Hist. Frider. sec. VI, 490, ohne genügenden Grund ins Jahr 1247 gesetzt.

321. *Walther bischöflicher Marschall von Straßburg verkauft einen Hof daselbst 30
an die dortigen Dominikaner für 80 Mark Silber. 1248 April 4.*

Ego Waltherus marscalcus Argentinensis notum facio universis presentibus et
futuris, quod de consensu et auctoritate domini mei Heinrici Argentinensis episcopi
curiam meam in Argentina curie vulgo dicte zen Wasen¹ contiguam cum pleno jure
patronatus capelle sancti Bartholomei in ea site ac omnibus suis pertinentiis fratri 35

¹ Vergl. Straßb. Gassen- und Häusernamen i. Mittelalter S. 42.

Helwico priori et fratribus predicatoribus Argentinensibus nomine meo et heredum meorum pro octoginta marcis argenti, quas michi ab eisdem solutas esse confiteor, vendidi libere pariter et absolute, corporalem eisdem tradens possessionem cum integro jure vere proprietatis et warandum me supradicte venditionis constituens, me ac meos heredes ad periculum evictionis obligavi secundum legitimas sanctiones. quare ut premissa debitam et inconvulsam obtineant firmitatem, presens instrumentum super hoc confectum domini mei episcopi, civitatis Argentinensis et mei sigillorum appensionibus feci sollempniter roborari. acta sunt hec anno domini 1248, proximo sabbato ante dominicam passionis domini, presentibus hiis: magistro Nicholao sancti Thome in Argentina preposito et Wernhero de Wolfgangesheim ejusdem loci canonico, Rüdolfo de Vegersheim et Heinrico Velkelino et aliis quam pluribus¹.

T aus Straßb. Thom. A. Dominicains lad. 2 or. mb. c. 3 sig. pend.

322. *In einer Schenkungsurkunde Rudolfs von Usenberg für das Kloster Wonnethal: acta sunt hec in Argentina anno domini 1248, 5 idus aprilis. testes hujus donationis sunt dominus H[einricus] episcopus Argentinensis, A[rnoldus] prepositus ejusdem ecclesie major, B[ertholdus] decanus et C[onradus] scolasticus de Wascerstelze et magister C. de Scerewilre et de ordine predicatorum Hiddo provincialis, Helwicus prior Argentinensis, frater Ulricus de Talmassingin et alii quam plures clerici et laici. 1248 April 9 Straßburg.*

Aus der Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. VIII, 485 nach dem Original i. Karlsr. G. L. A.

323. *Nicolaus Probst von St. Thomas und Official zu Straßburg weist eine Zehntenforderung des Probstes von St. Peter an das St. Marzkkloster daselbst als unberechtigt ab. 1248 Mai 21.*

Constituto coram nobis N[icolao] preposito sancti Thome officiali Argentinensi anno domini 1248, 12 kalendas junii, preposito sancti Petri Argentinensi ex parte una et Sigelino cive Argentinensi procuratore conventus monasterii sancti Marci in Argentina ex altera, cum idem prepositus ab eodem conventu decimam peteret de animalium nutrimentis, nos inspectis conventus privilegiis antedicti invenimus ipsum conventum ad hujusmodi decimam non teneri. unde nos predictum conventum ab inpeticione prepositi absolvimus memorati, predicto preposito super ipsa decima silentium perpetuum inponentes.

S aus Straßb. St. A. lad. Chartreuse-Oberhausbergen or. mb. c. sig. pend. laeso.

¹ Schon 1247 März 23 (nächsten Samstag vor dem Palmtag) hatte der Straßburger Marschall den dortigen Dominikanern eine Hofstätte gegeben zu Vinckenwilre, do nū ein wiher ist mit den höffelin, die umb denselben wiher ligent. Als Zeugen fungirten Rudolf und Rüdiger Brüder von Vegersheim, Brun Bürger zu Straßburg und Syfrid sein Caplan. Straßb. Hosp. A. Copialbuch von St. Elisabeth nr. 205.

324. *Pabst Innocenz IV bestätigt den Dominikanern von Straßburg den Besitz eines Grundstücks, das sie daselbst zum Klosterbau angekauft haben. 1248 August 13 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . . priori et fratribus predicatoribus Argentinensibus salutem et apostolicam benedictionem. justis petentium desiderii dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. eapropter, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu quendam locum, quem in civitate Argentinensi emisse¹ dicimini ad construendam ibidem ordinis vestri domum, sicut juste et pacifice possidetis, auctoritate vobis apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. datum Lugduni idus augusti, pontificatus nostri anno sexto.

T aus Straßb. Thom. A. Dominicains lad. 2 or. mb. c. bulla pend.

325. *Pabst Innocenz IV gibt dem Bischof von Straßburg den Auftrag, die zwischen dem St. Thomascapitel daselbst und Hesso dem Pfarrer von Romansweiler getroffene Vereinbarung, die Aufnahme in das Canonical und die Gründung einer Prébende betreffend, zu prüfen. 1248 September 2 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . . episcopo Argentinensi salutem et apostolicam benedictionem. tua nobis fraternitas intimavit, quod, cum capitulum ecclesie sancti Thome Argentinensis H[essonem] plebanum ecclesie de Rumolteswilre^a in eorum ecclesia, in qua nulla tunc prebenda vacabat, in fratrem et canonicum auctoritate propria recepissent², idem H[esso] postmodum sub ea conditione quandam prebendam de bonis propriis creare promisit de novo in ecclesia memorata, quod eam, dum viveret, possideret ac ipso decedente alius institueretur idoneus per supradictum capitulum ad eandem. ceterum cum idem H[esso] propter conditionem adjectam et quedam alia verba inter familiares ipsius H[essonis] et dictum capitulum habita promissionem hujusmodi timeat vitiosam, provideri sibi super hoc a nobis humiliter supplicasti. tuis igitur precibus inclinati examinandi hujusmodi negocium et supplendi defectum, si quis in eo est habitus, ac dispensandi cum illis, quos in hoc forte inveneris simpliciter excessisse, fraternitati tue presentium auctoritate concedimus facultatem. datum Lugduni 4 nonas septembris, pontificatus nostri anno sexto.

T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. 2 (statuts) or. mb. c. bulla pend. Auf der Rückseite dieselben Dorsualvermerke wie in nr. 309.

a) wilre mit blasserer Dinte nachgetragen.

¹ Cfr. nr. 321.

² Cfr. nr. 328.

326. *Pabst Innocenz IV trägt Probst und Dekan der Haslacher Kirche auf, für die Ausführung seines Privilegs, das er den Schatzmeistern der Dom- und St. Peterskirche sowie den Pfarrern der Parrochialkirchen von St. Martin, St. Stephan und St. Andreas zu Straßburg in Betreff kirchlicher Neubauten verliehen hat, Sorge zu tragen. 1248 November 11 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . . preposito et . . . decano ecclesie Haselanensis Argentinensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. cum dilectis filiis . . . majoris et . . . sancti Petri ecclesiarum thesaurariis ac sancti Martini . . . sancti Stephani et . . . sancti Andree parrochialium ecclesiarum plebanis Argentinensibus pro meritis devotionis ipsorum auctoritate apostolica duxerimus indulgendum¹, ut infra limites seu fines thesaurariarum aut parrochiarum eorum sine consensu venerabilis fratris nostri . . . episcopi et dilectorum filiorum . . . decani et capituli Argentinensium ac ipsorum nullus auctoritate privilegiorum vel indulgentiarum aut litterarum apostolice sedis seu legatorum ipsius sine speciali mandato dicte sedis plenam et expressam faciente de indulgentia hujusmodi mentionem aliquod oratorium construere de novo presumat, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus predictos thesaurarios et plebanos contra concessionis nostre tenorem super hiis non permittatis ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. datum Lugduni 3 idus novembris, pontificatus nostri anno sexto.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 4702 or. mb. c. bulla pend. delapsa. Auf dem Umschlag rechts in der Ecke wohl von derselben Hand Johannes Pitn.²

327. *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet, wie die Abtei Altdorf einen auf den Gütern ihres Straßburger Hofes lastenden Geldzins, den die Straßburger Kirche Reinhard von Windeck und dieser Heinrich von Pforzheim zu Lehen gegeben, abgelöst habe. 1248 December 4.*

Heinricus dei gratia episcopus Argentinensis notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, monasterium in Altdorf^a de quibusdam bonis suis spectantibus in curiam suam apud sanctam Aureliam in Argentina sitam novem uncias denariorum domino Reinhardo de Windecke omni anno persolvisse. cum igitur idem

a) B Altdorf.

¹ Darauf ist wohl die bei Höfler Albert von Beham S. 168 nr. 235 ohne genauere Datirung nur mit Bezeichnung der Adressaten erwähnte Bulle Innocenz IV zu beziehen. Cfr. Potthast Reg. pontif. nr. 13488. Höfler a. a. O. nr. 358 u. 359 theilt aus einem Codex der Pariser Bibliothek noch zwei fernere Schreiben von Innocenz im Auszug mit, das eine: magistro civium, consulibus et universitati Argentinensi, eorum filios, nepotes etc. in providendis beneficiis se haud neglecturum, 3 idus decembris (1248 December 11), das andre wohl unter gleichem Datum: s. Arbogasti et s. Trinitatis ecclesiarum prepositis et decano s. Thome Argentinensis super eodem negotio. — Potthast Reg. pontif. nr. 13120 u. 13121.

² Ebenda befindet sich ein zweites, die gleiche Sache mit nahezu gleichen Worten berührendes Schreiben Innocenz IV an dieselbe Adresse gerichtet, 1248 December 2 Lyon.